

Mag. Vran. apud Fr. Iohannem Baptistam supra, sic ait: *Modo per Gregorium XIII. datum est Fratribus Societatis, ut nullus a casibus reservatis per Bullam possit absolui sine licentia sui Praelati: & deseruit Mendicantibus per communicationem: & hoc non intelligatur odiosum, sed favorabile, quia ad bonum Religionis in communi est.*

*Et hanc questionem proponit Autor Compendij in V. Cruciatâ: & concludit non esse securum in conscientia Religioso vti Bullâ pro reservatis: & adducit Pontificum declarationes. Quæ notem Fratres pro securitate & serenitate conscientiarum suarum. Sic illi. Diana Tractat. 1. Resolut. 14. citatâ, sic loquitur: Tertia verò (sententia) Iohannis de la Cruz, videant viri docti an sit probabilis: nam ego illum non approbo: nisi esset probabilis, corrueret disciplina Regularis. Sic illes; qui Resolut. 43. citatâ, ex Tractat. 4. Paris 4. Sic concludit: & nota quod in Constitutione Clementis Octavi, quam confirmat Urbanus, non aderam supradicta verba, Quoad sibi reservata: quæ quidem Summus Pontifex Urbanus Octavianus, ut credo, posuit, ad tollendas questiones omnes, & Doctorum opiniones. Sic ille: videndus etiam in Additionibus ad tres priores Partes Resol. 9. vbi improbabilitatem eiusdem sententia statuit. Sicut & Bassæus V. Casus reservatus num. 36. Vers. Et licet: vbi alios adducit: P. Luitius Turrianus in Selectis Parte 2. Disput. 31. Dub. 35. ita scribit: Ego verò eam opinionem neque probabilem, neque tutam in conscientia existimo. Hæc ille: P. Dicastillus Tractat. 8. Disput. 11. num. 357. Card. Lugo secutus, P. Bardi Parte 1. Tractat. 2. Cap. 5. P. Mendus Diss. 24. num. 123. & seq. P. Escobar de Mendoza in Theologia moralis, Examine 17. Cap. 5. vers. Nam Regulares, videndus etiam Tomo 1. Problematum, Lib. 7. num. 159. P. Petrus Hurtadus de Mendoza; vbi phræmaticos passione vocat eos, qui contra voluntatem superiorum vsum fomniatio priuilegio Bullæ pertentant, & ita subdit: Bene meus doctissimus Magister Petrus Hurtado de Mendoza hanc animi ad crimina proni opinionem esse dicebat, qui ad delinquenda facilitatem captandam rationes non rationes quotidie excogitat. Sic ille. Quibus grauiora proferunt Ludouicus Beia 3. p. respons. moral. Casu 16. & Laurentius Portel Tomo 2. Casu 3. 4. & 5. qui non contentus improbabilitatis censura, temeritatem adiungit, vt videri potest num. 16. citati Casus 5. Vterque autem consequenter loquendo, sicut & alij, iterandas reputant Confectiones. Pro quo & alij.*

327 Et præter citatos pro improbabilitate contrariæ nostræ tenent quamplurimi videndi apud illos, & præsertim apud Cardinalem Lugo num. 153. P. Mendum n. 121. Leandrum supra. Quibus addo P. Ildefonsum de Noreña Dominicanum apud Fr. Iohannem Baptistam loco citato, quem vocat ille doctissimum, & scripsit Compendium ante annos 60. Ex citatis autem pro contrariâ tenent Fr. Emmanuel Tomo 1. qq. regul. quæst. 22. artic. 10. vbi absolute sic statuens, licet addat in fine non audere se condemnare eos, qui Bullam in ordine ad prædictum effectum amplectuntur ob auctoritatem ita sententiam; subdit tamen id, quod quæstionem tollit, esse scilicet licentiam tacitam, dum Prælati vident, & tacent, neque leges prohibentes curant suis subditis intimare. Si ergo resistant, aliter iuxta illum profusus enuntiandum. Pro quo & videndus in expolitione Bullæ 9. num. 24. P. Henriquez Lib. 6.

Qui infirmitate per amplexantur.

Cap. 16. num. 7. respondenti in Glossa, L. P. vbi ait ex tacita Prælatorum licentia omnes ferè Ordines Mendicantes priuilegio Bullæ gaudere: & ita Prælatos priuilegio stricto renuntiassent, iuxta quod non licebat vti Cruciatâ, pro quo varias concessiones adducit; quod & repetit Lib. 7. Cap. 22. num. 4. utrobique autem Societatem IESV excipit ob rationes apud ipsum videndas. Et huic testi omni exceptione maiori credere potius Trullench debuit, quàm aliis minus fideliter attestatis. Sicut & Decreto 5. Congregationis 6. in quo vsus Cruciatæ ob declarationem Pontificiam improbabilis in Societate proclamatur, nec se quemquam debere ritè absolui arbitrari. Contra quod si qui minus fideles filij pronuntiant, parum est de eorum assertione curandum, quidquid Iuniparus fuerit protestatus. Ludouicus Lopez Parte 2. Instructorij, Cap. 8. fol. 322. & 323. docet quidem in Prætorio Cruciatæ ita practicari, vt Religiosi Bullâ quoad referuatorum absolutionem vtantur. Addit tamen dum Religiosis per suos Prælatos non intimatur aliqua reuocatio & declaratio Papalis, non debere inquietari, neque impedi à facultate sibi concessâ. Cùm ergo declaratio Papalis extet, vt est perspicuum, neque vna, sed multiplex, de quibus inferius, nihil potest ex Auctore isto contrarium allegari. Quod autem de praxi in Prætorio Cruciatæ addit, ad illa est referendum tempora, in quibus ille scripsit, & declarationes ita virgenses non extabant. Vel etiam dicendum, practicari quidem, quia ex tacita concessione Prælatorum talis praxis inualuit, vt ex P. Henriquez nuper dicebamus. Sotus autem nihil habet aduersum. Nam in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 3. in solutione ad Primum argumentum, sic ait: *Quod licet frequentia horum priuilegiorum aliquid detrimenti Religioni (vt Prælati aiunt) solita sit asserre (nam videtur quòd libera facultas infuso Prælato consenti alteri, non nihil incommodi regimini soleat inferre) nihilominus postquam Pape placet parendum est: vel aliter sin hoc factura Religio nis, per eius auctoritatem huic factura providendum est.* Sic ille habet: ex quo nihil contra nostram Assertionem: concedimus enim parendum Papæ, si placeat ipsi: negamus tamen placere, cùm de voluntate ipsius argumenta certissima teneamus. Non ergo fideliter præfati Auctores in causam præsentem allegantur.

Vnica, solidissima, atque irrefragabilis probatio ex Pontificia auctoritate.

328 Videri quidem apud citatos nonnulla Pontificum Decreta possunt, quibus apparet eorum voluntatis minime fuisse vt Regulares priuilegio Bullæ quoad effectum dictum fruerentur: nobis autem duo sint satis, adeò expressa vt non possint apparenti quoquam responsionis núbulo vltaten obsecrari. Et illa quidem vno & eodem memorabili scripto continentur. In Bullâ equidem Vrbanæ Octaui die 19. Junij Ann. 1630. Pontificatus sui Ann. 7. quæ Bullam Clementis Octaui commemorat, expressè habetur vt Regulares nequeant Bullæ priuilegio vti in ordine ad reservata, vsumque talem inualidum fuisse & fore. Verba illius post alia hæc

Faues & plures pro contrariâ citati, ex quibus P. Henric.

Ludouicus Lopez.

Dominicus Sotus.

Decretum Clementis & Vrbanæ VIII. pro Assertionibus expressis.

hæc sunt: Sed nostra intentionis fuisse & esse, quod iisdem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramenti Penitentia, & Confessionis administrationem, ordinaria dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ, quoad sibi reservata subiecti sint, earumdem tenore presentium perpetuo declaramus. Sic Urbanus omnino Clementi consonans, pro quo sic præmiserat: *Quare idem Clemens prædecessor suus perpetuo valiturâ Constitutione declarauit facultatem & concessionem S. Cruciatæ, & aliorum indulgentiarum prædictorum quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absoluidi à casibus reservatis, non habere locum cum Fratribus, & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum & Congregationum cuiusvis Instituti Mendicantium & non Mendicantium, tam in Provincia Hispania; quàm extra eam vbi libet constitutus neque eis suffragari: sed eiusdem Clementis prædicti intantum fuisse quòd iisdem Fratres & Moniales, quantum ad Sacramentum Penitentia seu Confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti essent. Hæc ille. Et quid ad hæc dici, quod sit verosimile, quæat? Nonnullas tamen responsiones quorundam videamus: sunt enim adhuc aliqui rebelles lumini: licet P. Mendus num. 144. affirmet post Breue prædictum, Auctorem nullum à se reperit contrariæ opinionis assecram, imò nec vllum virum doctum è pluribus à se consultis. Sed sunt sanè nonnulli obstinati aduersantes, & ita quæ ipsi adducunt, & adducere alij possunt, oportet diluamus.*

*Prima responsio confutata.*

Renocata ab eisdem concessione Bullæ, responsio minime sustinentur.

Greg. XV. Decretum.

Cap. Alma mater.

Rebus eodem modo se habentibus. Vt

329 Dicunt ergo in primis Decretum dictum ab ipsismet Pontificibus reuocatum concessione Bullæ post ipsum publicatæ, in qua facultas ad electionem Confessarij sine restrictione tribuitur.

Sed Contra est. Nam Pontifices in sua Constitutione, eam asserunt perpetuò valituram: ergo manifestum est illam ab ipsis non statim reuocatum, rebus eodem modo se habentibus, & motu talis Constitutionis suo in robore persistente. Fuit autem illud, quod ipsi apertissime protulerunt. *Detrimendum scilicet Regularis disciplina ex tali vtu deprehensum penitus amouere. Nec quodlibet illud, sed maximum statûs & obseruantie regularis præiudicium: quæ sunt verba Vrbanæ Octaui. Quibus similia habet Gregorius XV. in suo Decreto de quo Cardinalis Lugo n. 166. Cùm ratio doceat, & experimento compertum sit Religionibus valde perniciosum existerè, vt eorum Religiosis licitum sit Confessarium sibi eligere. Hæc autem cura nequit in Pontificia Sede vllò vnquam tempore deficere: ergo nec statim reuocatum credi potest, quod in ordine ad illud paulò fuerit ante dispositum, clamantibus illis velle se vt dispositio talis perpetuò perseueret. In Cap. Alma mater, de Sent. excommunicat. in 6. fcloliquitur Bonifacius Octauius: *Alma mater Ecclesiæ plerumque nonnulla rationabiliter ordinat, & consulit, quæ suadente subditorum vtilitate postmodum consultius ac rationabilius renocat, in meliusque commutat.* Sic ille: qui statim circa Interdicti obseruationem nonnulla statuit, eò quod ex statutis prioribus grauiâ inconuenientia sequebantur.*

Quia vero ex distictione huiusmodi Statutorum (verba eiusdem sunt) exerceat induciois populi, pullulant hereses, & infinita pericula animarum insurgunt &c. Ex quibus manifestè conuincitur Ecclesiam non solitam mutare quod rationabiliter & consulte statuit, nisi quando ex sic statutis inconuenientia videat pullulare: atqui in casu nostro inconueniens nullum occurrit pro mutatione; sed ipsorum Pontificum testimonio inconueniens erit semper magnum si statum non perderet, vnde illud voluit perpetuò valiturum, & res in eodem statu perseuerant: ergo euident est ab eorum mente alienissimam esse mutationem. Neque enim dici potest ex motiuo boni publici mutationem sublecutam: nam Decretum circa hoc ipsum versatur, vt scilicet non obstante respectu boni publici, quod Cruciatæ concessione præsentitur, Religiosis minime talis facultas præbeat: quia maius proculdubio detrimentum bono publico obuenire potest ex Religiois disciplina relaxatione, quàm ex aliquali diminutione pecuniar: ad bella cõtra Infideles. Et ego quidem sic arbitror, vnum obseruantem Religiosum maius bono publico compendium afferre, & magis velticari Catholicæ Regis fortunæ felici, quàm ex iis plures, qui vt licentiam pro reservatis obtineant, ad Bullæ conuolunt priuilegium, elemosynas hinc inde conquisitis.

330 Sed aiunt Pontifices in eò, quod de Religiose disciplina detrimento proferunt ex licentiâ prædictâ, non vt Pontifices, sed Doctores particulares locutos: cùm in facilitate Confessionis huiusmodi, sua etiam commoda reperiantur t ne videlicet reservata habentes, & licentia obrinenda difficultatem experti, grauissimas patiantur angustias, frequentia sacrilegia committant, & in malorum profundum miserimè deuoluantur.

Contra tamen. Nam vt demus id ita esse, quod assumitur, & Pontifices vt priuatos Doctores locutos, ratio adducta suam vim retinet. Nam quomodocumque illi de conuenientia censeant, censent tamen, & res in eodem statu sunt; testanturque ipsi se declarationem edere perpetuò valituram: ergo stat illa, stabitque, quod altercumque iudicium tale eisdem tribuatur. Deinde, negari nequit quini totalis licentia in ordine ad Confessionem extitit Religiosis sit, quod ostendi multipliciter potest. Primo. Quia omnes Religiones illam secundum sua statuta repellendam iudicauerunt. Secundo. Quia quamplurimæ apud Sedem Apostolicam ob vitandum damnum licentia talis pro impetratione priuilegiorum egerunt, vt Concessionem Cruciatæ, & similes minime licitæ ipsis haberentur: pro quo videndus P. Suarez supra num. 3. & Cardinalis Lugo num. 154. alique ex citatis. Tertio. Quia alias reservatio non esset conueniens, quod est manifestè contra definitionem Tridentini Sessione 14. Cap. 7. verbis illis: *Magnopere verò ad Christiani populi disciplinam pertinere, Sanctissimis Patribus nostris visum est, &c.* Pro quo & est Canon. 11. eiusdem Sessiois. Atqui reservatio per licentiam dictam penitus cessat, quoad crimina scilicet, quæ frequentius Religiosum statum possunt infuscare, iteratâ scilicet toties quoties accederint, Confessione: & etiam circa reservata Sedi Apostolicæ, pro quibus

in casu present, contra Ecclesiam spiritum esse mutationis.

Ex communi boni respectu euasio nulla.

Pontifices vt Doctores priuatos locutos quorumdam essentium.

Quod eundem improbatur.

Licentiam totalem pro reservatis perniciosa esse Religiosis.

Reservatio quam conueniens. Concilium Trident.



licentia etiam, sed cum vicium limitatione conceditur: ergo indubitabile est licentiam dictam esse statui Religioso admodum perniciosam. Quod autem de angustiis prolapsi in referuata dicitur, referuationem probat penitus submouendam. Rogo autem sic arguentes, an in Prouinciis, in quibus Bulla vsus non conceditur (& sunt sane illa multo plures) angustias similes similiter prolapsi patiantur? Fatebuntur equidem, ni velint diuersam hominum naturam somnare. Tunc ergo quid illis faciendum? Dicent ab Apostolica Sede remedia pro eiusmodi angustiis esse prouisa. Bene quidem. Ergo & qui in Prouinciis sunt, pro quibus Cruciatæ conceditur, eidem poterunt remediis subleuari. Vel certe Bulla pro omnibus Christiani Orbis Religiosis concedenda est, ne ex licentiæ ad referuata defectu in maiorum profundum deuoluatur. Est ergo responsio dicta omni rationis pondere destituta.

*Inflamia valiadissima.*

*Obiectio contra decretum ex declaratione inualidarum Confessionum.*

*Pontifices maxime conuenienter locutos ostenduntur: ob defectum iurisdictionis in absoluente.*

*Congregatio 6. Societatis.*

*Vrbani ut priuatum locutum Doctorem sine Theologica nequit nota consistere.*

331 Pergunt tamen, & vt vim Decreti Pontificij eleuent, obijciunt in eo aliquid non probandum contineri, scilicet Confessione virtute Bullæ factas de referuatis fuisse inualidas, quod verba illa significant iam adducta num. 328. *Confessionem S. Cruciatæ quantum ad prædictum articulum etc. nec vilo modo suffragari potuisse.* Vbi mirari licet audaciam arguentis, qui Pontificis assertionem omnino hæc declarationi legitima consequentia conformem, veit fundamento carentem insinuat. An non, si facultas ad absoluendum deficit, Confessio inualida dicenda est? Potuit quidem bona fides intercedere, & sic non esse sacrilega: sed Pontifex absolute loquitur, vt omnes loqui debent quando Confessio fit iurisdictione carenti. Quod autem iurisdictione defuerit, Pontifices declararunt, qui ante Clementem & Vrbani in Romanâ Sede præfederunt, & videri possunt apud Emmanuelem Rodericum Tomo 2. qq. regular. q. 62. artic. 4. Beiam ac Portelium citatos, & alios, quos adducit Cardinalis Lugo supra. n. 158. & juxta ejusdem doctrinæ consequentiam locuti Patres Congregationis 6. Decreto 5. iam citato, verbis illis: *Quare nec Sacerdotes absoluere quemquam ad se cum referuatis casibus accedentem præsumant: nec qui accedunt, tuios se vilo modo in conscientia, quasi ritè absolutos; arbitrentur.* Sic illi.

332 Verum tolerabile quidem esset, si ratio aliqua à Pontificibus adducta ad ostendendam dispositionis conuenientiam vt à priuatis Doctores proposita diceretur: quia id non semel accidere solet, quamuis in ea, de qua agimus, euidencia illius fuerit demonstrata n. 330. Asserere autem Vrbani in clausulis dictæ Bullæ, vt Doctorem tantum locutum, non video quomodo possit sine notâ Theologica pronuntari. Ex eo enim fit Bullam præfatam nullum maius pondus auctoritatis habere, quam si à Maffæo Barberino prodiiisset, & eâ ratione minus certe, quam si à doctore Theologo inter Resolutiones fuisset Theologicas euulgata. Id quod in grauem Sedis Apostolicæ iniuriam constat redundare. Et hic philosophandi modus statim apparet quàm esse perniciosus possit, præsertim quando ad introducendas laxiores opiniones vsurpatur. Rogo iam, an quando Pontifex Bullam concedit, vt Doctor procedat, an vt

Christi Vicarius? Quis hic hæreat? Si ergo vt Vicarius Christi? ergo & cum limitat, & mentem declarat suam, similiter procedit. Euidens est illatio: ergo omnino irrationabiliter ad ipsum tamquam ad Doctorem tantummodo prouocatur. Pro quo & facit aperte id, quod in eadem Bullâ Pontifex profitetur, dum sic ait: *Ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, concessionem S. Cruciatæ etc.* Apostolicæ potestatis plenitudo, non Doctores est, sed Pontificis.

*Nonnullæ aliæ disiectæ responsiones.*

333 EX Bullâ Vrbani Octaui nullum nouum Bullam Vrbani nouum robur non addere Clementino, & ipsa probabiltatem non collere, aliorum responsio. Quæ tamen aperte conuulsum.

333 EX Bullâ Vrbani Octaui nullum nouum Bullam Vrbani nouum robur non addere Clementino, & ipsa probabiltatem non collere, aliorum responsio. Quæ tamen aperte conuulsum.

333 EX Bullâ Vrbani Octaui nullum nouum Bullam Vrbani nouum robur non addere Clementino, & ipsa probabiltatem non collere, aliorum responsio. Quæ tamen aperte conuulsum.

*Bullam Vrbani nouum robur non addere Clementino, & ipsa probabiltatem non collere, aliorum responsio. Quæ tamen aperte conuulsum.*

*Vrbani*

*Obiectio ex eo quod clausula exceptionis à Pontificibus non apponatur.*

334 Vrgent tamen, si tamen vrgere potest qui tantum vellicare contenderit veritatem. Si ita est quod Clemens, Paulus, Vrbani, & alij, Bullam quoad referuata Religiosis nolunt suffragari, cur in Bullâ ipsâ id ab ipsis non additum, quo omnis quæstio tolleretur? Dum ergo non additum, ex eo videtur fieri nolle eos à beneficio Bullæ circa prædictum articulum excludere Regulares. Ad quod dico Pontifices propter rationabilem

*Fit illi satisfactio.*

*Prudens Clementis VIII. responsio.*

*Etiâ appositæ clausulæ non defuturas anasiones.*

*Responsio alia ex eo quod Bulla Vrbani non admissa, neque publicata.*

*Satis infirma monstratur.*

rationabilem aliquem respectum nolle Bullæ textum alterare, ex eo enim forsitan offensionis aliquid Catholicis Regibus pararetur. Vel certe, si offensio nulla in ipsis timeri possit, quod ego arbitror, Pontifices tamen ab omni illius occasione prudenter temperare. Vnde cum Pater Didacus de Torres Villalpandus Peruuianæ Iesv Prouinciæ Procurator cum Clemente Octaui de hoc ageret, & supplicationem suam humiliter proposuisset, respondit Pontifex sanè prudentissimus: *Visne inter me, & Regem Hispaniæ rixas excitari?* Sic virum illum narrantem audiui, magnum equidem, & inter primarios Occidentalis huius Tractus Euangelicos Ministros meritissimo numerandum. Præterea; non est in Bullâ Clausula prædicta, sed pluribus habetur in Bullis ad hoc tantum destinatis. Qui ergo parerent clausulæ in Bullâ contentæ, debent profecto tot clausulis extra illam occurrentibus pari exactio-ne parere, & verò crediderim etiam clausulæ in Bullâ appositæ aliquid opponendum, ne leuamentum conscientiæ ad crimina pronæ, vt ex P. Hurtado num. 327. dicebamus, adeo facile & obuium defit, tot hucusque finitris interpretationibus comparatum. Possit in Bullâ ita clausulam subijci, *Exceptis Regularibus quoad referuata.* Dicent intelligi de referuatis Sedi Apostolicæ, de quibus pro aliis concessio præcesserat, & non de referuatis inferioribus Prælati. Addatur ergo, *Quoad Prælati referuata.* Dicere poterunt accipiendum id non de referuatis quibuslibet, sed certi generis, illis scilicet, quæ ex se referuata sunt Sedi Apostolicæ. Sed quia occulta sunt, Prælati referuantur, sicut Episcopis ea, quibus eorum subditi fuerint innodati, juxta Concilij Tridentini determinationem *Sessione 24. Cap. 6.* Cum enim non excipiantur referuata Sedi Apostolicæ, sed tantum Prælati, debent esse hæc eiusdem ordinis cum Papalibus; non autem alia, in quæ homines cadere frequenter solent, id enim videtur inuerosimile. Vel dici poterit determinationem illam Pontificis circa exceptionem fundari in falsâ informatione Procuratorum, & contra voluntatem Religiosorum factam petitionem; aut ab eisdem, seu maiori eorum parte non admissam: & sic aliter. Pro quo quidem erunt forte qui faueant Tribunalis. S. Cruciatæ ministri, arbitran-tes obsequium se præstare Regi, cum tamen nihil ingratus eius possit Religiosissimæ accidere voluntati.

335 Respondent insuper Bullam prædictam non receptam, neque obseruatam à maiori parte Communitatum Religiosarum, quibus neque à Prælati notificata, & ita probabiliter non obligare, secundum receptas circa hoc doctrinas, pro quibus specialiter Iuniperus supra, num. 12. qui & publicatam negat *Cap. 3. num. 16.* Quæ responsio satis est infirma. In primis enim si à Prælati notificata non est, quia ipsi parum de hoc curant, neque ægrè ferunt Religiosos suos Bullæ beneficio vi, illa est tacita licentia, iuxta dicta, ex quâ sequitur Bullam prædictam ex se obligare. Et idem similiter sequitur ex eo quod recepta non sit, si id constaret, aut necessarium esset. Ceterum quod ad notificationem attinet, sustineri nequit; quia per Bullâ ipsius verba aperte conuulsum, in qua sic dicitur: *Vi autem*

presentium tenor omnibus innotescat, volumus eas in valuis basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Vrbe, vt moris est, publicari, ipsasque se publicari, omnes & singulos ubique existentes ita afficere, ac si omnibus personarum intimatæ essent. Hæc Pontifex: iuxta quæ ad obligationem sola noticia sufficit quo modolibet comparata, & satis illa est ad omnes deriuata Religiosos, cum circa illius obligationem quæstio adeo frequens habeatur: ex quibus & publicatio constat. Non esse autem necessarium vt ab omnibus, aut maiori parte Communitatum acceptetur, ex eo euincitur, quia de priuilegio agitur, cuius reuocatio iis inuitis, ad quos pertinere poterat, stare potest, sicut & limitatio ac declaratio. Pro quo videri potest P. Suarez *Lib. 8. de Legibus, Cap. 40. num. 7.* Quod si dicas cum P. Palao Tomo 1. *Tractat. 3. Disput. 4. Puncto 21. s. 5. num. 1.* & alijs, reuocationem priuilegij debere eandem publicationem habere quam lex, dum per legem fit: illa certè in præfenti extat, vt ex adductis verbis Bullæ constat: vnde non est necessarium, vt per rescriptum speciale, aut per nuntium intumetur. Videatur Trulench supra, num. 27. qui morti proximus sententiam reuocauit.

*Notificatiorem specialem non esse necessariam.*

*De publicatione constare.*

*Pro reuocatione priuilegij ampliore non necessaria.*

*Supplicatiõ Pontifici responsio alia.*

*Valida reuocata, & cum inflata manifesta.*

*Contractus Pontificem non defuisse, & Iuniperi consideratio, & narratio reiecta.*

336 Esse insuper aliud perugium sic per Bullam constrictis potest, ex eo quod de illâ fit à Commissario Cruciatæ iussu Regis nostri Philippi Quarti supplicatum, vt testatur Iuniperus citato *Cap. 3. num. 21.* & ex Illustrissimo Araujo sic attestante refert Leander supra adductus, & ex eo P. Mendus num. 128. stante ergo supplicatione dictâ, obligatio Bullæ suspenditur, juxta multorum doctrinam, quos adducit Iuniperus dudum citatus, & num. 22. & seqq. vnde saltem erit probabile quod intenditur, sicut erat ante illam. Sed hoc non vrget, nec satisfacit: nam ex eo fit Bullam ex se obligationem inducere, aliâ de illâ supplicatum non fuisset. Deinde; supplicatio effectum non habuit, aliâ id fuisset præconis voce, & tubis bene sonantibus publicatum. Quod si Rex ipse supplicationem iniunxit, vnum est argumentum illud quorundam, Cruciatæ scilicet priuilegium, cum Regi concessum fit, non intelligi reuocatum: jam enim Rex ipse reuocatum intellexit. Præterquam quod suppositio est falsa, reuocari scilicet priuilegium: id enim reuocatur quod concessum fuerat: numquam autem hoc per Pontifices est priores concessum, vt ostendimus, si vnum aliquem ex antiquioribus excipiamus. Est ergo declaratio priuilegij, & non reuocatio. Vbi consideratio Iuniperi refellenda venit, dum *Cap. ultimo citato num. 10. & seqq.* ait Bullam Vrbani effectum non habuisse, quia Anno concessionis 1630. accepit magnam aureorum summam pro concessione, & ita fuit contractus onerosus. Quod si reuocatio pro Religiosis effectum habuisset, multum debuisset ex tali summâ restitui, quia sic minoranda contributio, & collectio pecuniæ; quod tamen non ita factum; vnde & constat illius mentem non fuisse contrariam. Quo in discursu satis à ratione alienum apparet Regem nostrum datâ pecuniâ concessionem Bullæ obtinuisse. Quamuis enim ex summâ collectâ debeat certam aureorum quantitatem pro fabricâ Ecclesiæ D. Petri conferre, in quo nihil apparet absurdi: quod tamen